

# Franckesche Stiftungen zu Halle

**Christophori Cellarii Breviarivm Antiquitatvm Romanarvm**

**Cellarius, Christoph**

**Halae Magdebvrgicae, 1778**

**VD18 13038508**

**Sectio I De Ratione Et Ordine Studiorum Apud Ipsos Romanos.**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

hos seruos Plautus *litteratos* vocabat *Casin.* a. 2.  
sc. 6. v. 49): vt, si fugerent, cognosci vbique et  
retrahi possent. Constantinus autem Magnus  
crudelem hunc morem lege lata sustulit, quæ est  
*l. ii cod. theod. de panis:* qua prohibetur, in facie  
serui vel damnati scribere; quia facies ad simili-  
tudinem pulchritudinis cælestis sit figurata.

## CAPVT X

DE

STVDIIS ROMA-  
NORVM

eiusque

## SECTIO I

DE

RATIONE ET ORDINE  
STVDIORVM APVD IPSOS  
ROMANOS.

§. I.

**D**ignum et hoc argumentum est, quod cum cura pertractetur: quia ex studiis liberalibus magnitudinem suam Romanis acceperunt, nec sine illis tantum imperium neque acquirere neque conseruare potuerunt. Ante bella punica non admodum colebantur; circa illa autem ingenia poetarum, hi-  
sta-

istororum et tandem etiam oratorum se pro-tulerunt. Gell. l. xvii. c. 21. Non historiam persequeimur, sed romanorum adolescentum educationem.

§. 2. Romanis sic usu receptum erat, ut stu-dia litterarum cum armis coniungerent: a prima ætate in litteris instituti; a toga virili, quam plerumque decimo septimo ætatis anno accipie-bant, exercitati etiam rebus bellicis, quamuis prona mente in pacis studia et ciuilem vitam in-clinarent. Vnde si C. Mæriūm excipias; nec vero hunc felicem reipublicæ, sed ingentium malorum auctorem: vix quemquam illustrium Romanorum reperias; quin aut utraque vel al-terutra arte excelleret, neutrius saltem rudis esset.

§. 3. Pueritia exigebatur græcis litteris: quæ apud ipsos erant, quod nobis sunt latinæ, custo-des et magistræ omnis melioris doctrinæ ac eru-ditionis. Cic. de offic. l. i. c. 1; in Bruto c. 90: et Suet. de cl. rhet. c. 1 et 2. Hac lingua philoso-phiam ac rhetorica discebat; hac declama-bant, antequam latino se rhetori traderent. Felici consilio: quia experientia comprobatum fuit, qui patrum sermonem prius excoluerint, quam latinum, qui apud nos in græci locum successit, numquam ad veram et solidam eruditionem ad-spirare potuisse.

§. 4. Præcipuum illorum studium erat elo-quentia, ad quam cetera dirigebantur: quia in curia, apud populum et in foro ad iudices

omnia agebantur latinis orationibus. Cic. *d. cl. orat.* c. 41. Huic vero descendæ græcis litteris, etiam philosophia et iuris prudentia, opus erat. Græcam linguam ut probe addiscerent, saepè adhuc paruuli in Græciam aut græcam coloniam mittebantur: ut sermonem una cum disciplinis arriperent. Maxime legebant historicos græcos propter multiplicem usum: quia et res et exempla et varios casus inde cognoscerent, quibus opus est in eloquentia.

§. 5. In his urbibus erant Athenæ, Apollonia ad mare, Rhodus, Mitylene et aliae in Asia, quas Cicero memorat *de cl. or. c. 91 et 92. l. iv. ep. 7. n. 9. l. vii. ep. 3. n. 18*; Vell. *l. ii. c. 39. n. 45* et Suet. *in Aug. c. 8*: quibus Massilia Galliæ, Phœcænium græcorum colonia, accessit, quo multi libentius filios, quam Athenas, miserunt; cuius rei caussam Tacitus *in Agricola c. 4. n. 4*. tradit, ubi locum appellat hanc urbem græca comitate et prouinciali parsimonia mistum ac bene compositum. Adde Strab. *l. 4. p. 481.*

§. 6. Exemplum eloquentiæ descendæ sub rhetore quodam latino præbet Plinius *l. iii. ep. 3.* quæ digna est, ut legatur, relegatur; qui scholam eiusmodi poscit, eumque præceptorem, a quo mores primum, mox eloquentiam adolescentes discant. Adde *l. vi. ep. 11. n. 3.* ubi dicit, nihil publice letius esse, quam nobiles iuuenes nomen et famam ex studiis petere; quod ibidem ad eloquentiam est accommodatum.

§. 7.